

**PROCANCELLARIVS  
D. CHRISTOPH. DONDORFF**

FACVLT. IVRIDIC. LIPSIENSIS  
SENIOR, CVRIAEC PROVINC. IN IN-  
FERIOR. LVSATIAE AS-  
SESSOR

SOLEMNEM IN IVRE VTROQVE  
PROMOTIONEM DOCTORALEM

*VIRI PRAENOBI LISSIMI CLARISSIMI*

**DN. M. GOTTLLOB AVGVSTI  
IE NICHEN**

LIPSIENSIS

**DIE VIII IVNII A.O.R. MDCC XXX.**

CELEBRANDAM

INDICIT.

*de heredipetio*

*t. a. s. jur. civ.  
9536, 8*

СУЛАПЕМАОАН

ГНОДИАОННПОГИИ

812651 - СИЛУ. Г. 9.

М. КОЛЧАГОВА. ОМАЗ

8 А Ф. 12. Г. 1915

802212

СОЛУ. Г. 1. Г. 1915

Г. 1. Г. 1915

М. КОЛЧАГОВА. ОМАЗ

Д. М. ГОЛКОВА. ОМАЗ

Л. Н. КИЕВИ

802212

М. КОЛЧАГОВА. ОМАЗ

802212

И. Д. Г. 1915



Ix vna in Iure nostro  
frequentior reperitur,  
quae innumeros exci-  
tat motus quam suc-  
cessionis materia: siue  
testamentariam, siue ab  
intestato nomines. E-  
quidem cuilibet liberum est, de rebus suis  
disponere, suaque bona per validam dispo-  
sitionem relinquere; ast quam innumerae  
lites et machinae non mouentur ab iis, qui  
spem succedendi sibi persuadent, et nomine  
hereditarum **Erb schleicher** veniunt, qui  
licet honoratores interdum sint, non in-  
termittunt viles et abiectae nonnunquam  
conditionis personas, quarum facultates  
perscrutantur, sub praetextu charitatis  
Christianae, auxilii, consilii, tamdiu cen-  
tum modis impiis defatigare, donec sim-  
plices oues vel vi et auctoritate intimita-  
runt, verisque heredibus deceptis heredi-  
tatem sibi quaesuerunt, non curantes, qua  
conscientia hoc factum, modo sit aptum;  
interim heredes veri sunt decepti, et vl-  
tra modum laesi, vel deterriti vi maiori,  
vel inopia facultatum, vel impatientia  
quae ex iniqua Processus protractione  
oritur, turpissima transactione litium exi-

A 2 tum

tum emendicare coguntur, sibi que gratu-  
lantur si post tot enormes expensas frustu-  
lum de defuncti bonis accipere valeant.  
Sed mittamus haec; noua iam nobis sup-  
peditatur differendi materia occasione Di-  
sputationis inauguralis Nobilissimi et Cla-  
rissimi Domini Licentiandi quae circa suc-  
cessionem Geradae occurrit; Constat au-  
tem in successione ab intestato respicien-  
dum ad lineam descendantium, ascenden-  
tium vel Collateralium, absque discriminine  
sexus; auth. in successione C. de suis et  
legit. hered. Nou. 118. c. 1. seqq. Natura-  
lis enim pietas liberis parentum successio-  
nem addicit. l. 15. ff. de inoffic. Testam. §.  
fin. s. per quas pers. cuique acquir. ast in  
Gerada hoc singulare, quod filiae succedant  
matri exclusis fratribus Land-R. lib. I. art.  
15. et 27. quod tamen limitatum in filiis  
Clericis per text. art. 5. Land-R. Weich-  
bild art. 57. addita a Glossa ratione ab eo-  
rum precibus, quibus omnis mundus frui-  
tur: quod hodie in Euangelicis sacerdoti-  
bus qui suggestum concenderunt, wenn sie  
die Kanzel beschritten haben, et ad exem-  
plum primitucae Ecclesiae, cui inunctio et  
rasura capitis cuius mentionem facit d.  
art. 5. L-R. erat incognita, per impositio-  
nem

nem manuum a presbytero, sacerdotio  
quasi inuestiti, monente Apostolo I. Ti-  
moth. IV. v. 14.

Carpz. Lib. 3. c. 30. d. 10.

Hartm. Pistor. obseru. 72.

Richter de success. ab intest. se<sup>t</sup>. I.m.I.  
quae cum ita sint, noua suboritur quaestio  
circa filios Clericorum; an et hi cum soro-  
ribus in Gerada materna succedant? Affir-  
mantum ratio principalis videtur, quod  
nomine liberorum utriusque sexus liberi  
contineantur, cum unum agnoscant pa-  
trem, siue sint filii, siue filiae; adeo si Pa-  
ter Clericus sit, etiam filii Geradae capa-  
ces esse possunt, cum alias eiusdem nomi-  
ne, insignibus et priuilegiis gaudeant; cui  
accedit aequitas, quae pietate parentum  
in liberos deriuatur ratione generationis,  
educationis, et voti succedendi, quae prae-  
lationem vel exclusionem unius praे altero  
in liberis respuit, vid. B. Stryk. ad Brun-  
nem. I. Eccles. lib. 2. v. 13. n. 7. et de suc-  
cess. ab intest. diff. I. c. I. §. 12. qui affirma-  
tiuam acerrime defendit his verbis: et ipsi  
filii Clericorum cum filiabus matri aequo  
iure in Gerada succedunt, annexa ratione,  
quia cum Clerici rerum expeditoriarum ca-  
paces non sint, solatii loco ad Geradam

A 3 admit-

admittuntur; vtterius sententiam defendere conatur praedictus Stryk. alleg. loc. quando pergit; mirum, quare Saxones non ex aequo vtriusque sexus liberos ad successionem allodialium vocauerint, et luxui foeminino in comparandis rebus utensilibus in praeiudicium filiorum sine oinni ratione indulserint, nulla enim in Geradam et Heergewettam proportio est: Ast negatiuam sententiam Iuri et aequitati conformem esse exinde apparebit: constat enim Geradam Clericorum a Saxonibus tanquam speciale Ius et Priuilegium ordini Clerico concessum, quod strictissimae interpretationis, nec ad alias personas extenditur, cum alia consideratio sit filiorum cum fratre Clerico succedentium, vbi saltim Clericus Geradam aequali Iure cum sororibus accipit, exclusis fratribus qui Clerici non sunt, Land-R. lib. I. art. 27. Iam vero Pater Clericus Geradam non relinquit. d. l. in verbis: Aus des Pfaffen Guth, nach seinem Tode nimmt man keine Gerade, denn es wird alles zum Erbe geschlagen, was er nach sich verlässt. Goldbek de Gerad. p. 13. §. 7. Si itaque Clericus pater nullam Geradam relinquit, quomodo filii Clericorum fortius Ius sibi tribuere valent, cum frustra de

de Gerada Clerici quaestio a filio institua-  
tur ; nec est quod iniquitas aliqua occur-  
rat, cum patri cuiuspermissum vni ex libe-  
ris prae altero maiorem partem relinque-  
re, cum optimum semper praesumatur fo-  
uere consilium ; nec genuina ratio ex pro-  
portione Heergewettae cum Gerada hau-  
rienda ; Clericus enim miles spiritualis re-  
bus expeditoriis minime gaudet, et quod  
illis circa Geradam conceditur speciali pri-  
uilegio et consuetudine peculiare est, vt ta-  
ceamus Iura et Textus a Strykio allegatos  
ne verbulo quidem mentionem fecisse de fi-  
liis Clericorum , solum de filiis Clericis a-  
gere , adeo vt Iuri Saxonico imputauerit  
ea, quae ibidem nunquam reperiuntur ; etsi  
tot. Titul. ff. de auro argent. mund. legat.  
inspiciamus, maiorem longe luxum sexui se-  
quiori concessum, antequam Ius Saxonum  
fuit, deprehendimus , sed haec sufficient.  
Iam instituti ratio exigit vt ad rem progre-  
diamur. Cum enim

*Nobilissimus atque Clarissimus*  
**DN. M. GOTTLÖB AVGVST.**  
**IENICHEN, Lipsiensis,**  
in eo sit, vt Doctoris in utroque Iuris titu-  
lo a Facultate exornetur , breuibus quae-  
dam

dam de eius natalibus enarrabimus. Or-  
tum enim debet Lipsiae, vbi anno 1709.  
lucem adspexit. Parente Viro Prae-Nobi-  
lissimo, Consultissimo Gottlieb Augusto  
Ienichen, Iur. Doct. et causarum Patrono  
religiosissimo, Matre virtutibus foeminino  
sexui conuenientibus ornatissima, Iohanna  
Veronica, facundissimi et pii Theologi,  
Immanuelis Hornii, S.S. Theologiae Doct.  
et ad Div. Thomae Pastoris venerandi filia;  
ast in cunis adhuc vtroque parentum or-  
batus, primo ab auo materno auiaque  
dum in viuis essent suscepitus, quibus de-  
functis auus paternus Vir perquam Reue-  
rendus Dn. M. Georg Ienichen, Pastor ec-  
clesiae Eutericensis per dimidium seculi vi-  
gilantissimus, tutelam eius in se suscepit, no-  
strumque Candidatum Viro summe Re-  
uer. Dn. L. Gottlob Friderico Ienichen,  
Mor. P. P. Min. Princ. Collegiato, Villa-  
rum Academicarum Praefecto, et Ordinis  
sui iam Decano, concredidit, cuius propen-  
sissima prolixissimaque affectus et subsidii  
plusquam paterni testimonia haud nume-  
rare aut laudibus satis extollere valet. Fa-  
ctum etenim Patruelis laudati suasu et cu-  
ra, vt fidissimis Praeceptoribus traderetur,  
quos inter numerat Koenigium, regiorum  
arca-

arcanorum scribam, Schalium, Langium,  
Io. Imm. Müllerum et Henricum, imo infor-  
mationi Dn. Lic. Crellii, Patris, et filii Hen-  
rici Christiani, Rectoris nunc Scholae Fran-  
cfurtensis traditus, vsque in Scholam Por-  
tensem delatus, ibi Schreberum, Besserum,  
Schrammum, Freytagium et Weidnerum,  
indefesso studio per triennium strenue au-  
diuit; Postea anno 1726 Academica stu-  
dia aggressus sub Rectoratu iam Laudati Pa-  
truelis Dn. L. Ienichen in numerum Ciuium  
assumptus, sub eodem collegia in Buddei Puf-  
fendorfiique libros absoluit, Historiam ab  
Excellentissimo Menkenio didicit, Eph-  
emerides literarias enarranti Praeclarissimo  
Menzio, P.P., Praecepta oratoria tradenti  
Amplissimo Ioechero, P.P. debet; quae in  
Collegio Oratorio famigeratissimo sub Di-  
rectione Magnifici et Summe Reuerendi D.  
Io. Schmidii, Senioris Academiae, Patroni  
nostris et Praeceptoris pia veneratione co-  
lendi, felici cum fructu continuauit; qui-  
bus peractis se totum Iurisprudentiae con-  
secrauit, atque in praelectionibus publi-  
cis et priuatis Virorum Illustrium et ICto-  
rum Excellentissimorum, Michaelis Hen-  
rici Gribneri, Ordinis nostri Ordinarii gra-  
uissimi, Ioh. Florentis Riunini, Caroli Ot-

B

tonis

tonis Rechenbergii , imo aliorum Docto-  
rum Consultissimorum, Georgii Christiani  
Gebaueri, Ioh. Gottofredi Baueri, Ioh. Ia-  
cobi Mascouii , Franckensteinii sedulo et  
frequenter interfuit , suam diligentiam so-  
lenni disputatione anno 1727. sub Praesi-  
dio Baueri de Feudo in officiose quaesito  
corroborauit, anno 1728. a Facultate no-  
stra Candidatus Iuris creatus, ac paulo  
post Notariatus dignitatem , imo hoc  
ipso anno ab Ordine Philosophico Am-  
plissimo Magistri Iura et Priuilegia adeptus  
est. Anno 1727. vt magis studia excoleret,  
in templo Paulino Orationem de Trium-  
pho Seruatoris et pompa magnificantia ,  
et victoriae multitudine Romanorum Im-  
peratorum triumphos longe superante re-  
citauit; anno 1728. quaedam de XX. viris  
doctis in lucem publicam emisit, anno 1729.  
de doctis qui extra Patriam , Patriam in-  
uenerunt, commentationem edidit, hoc  
vero anno specimen in cathedra Philoso-  
phorum Bibliothecae eruditorum longae-  
uorum habuit. Immo ne et studiosae Iu-  
uentuti studiis suis de esset, Collegium in  
Ordinationem Maximil. I. Notarios con-  
cernens, non sine ingenti illorum, qui ipsi  
interfuerunt, fructu absoluit. Postquam  
autem

autem ipsi placuerit Doctoris gradum assu-  
mere, nostrum adiit Collegium, suamque  
intentionem literis eidem aperuit, unde e-  
xamini rigoroso diem constituit, in quo  
scrutinio apte et erudite respondit, ut vna-  
mi applausu decreuerit, ut voti compos red-  
datur noster Candidatus. Lectionem ita-  
que cursoriam ad l. 27. C. de inofficiis :  
testament. die 7. Iunii recitabit, proximo  
dein Iouis die qui est 8. meusis praedicti  
Dissertationem in auguralem de Clerico  
Nepote exule successionis in Geradam a-  
uiae maternae sine Praefide strenue defen-  
det. Cum autem Reuerendissimus atque  
**Serenissimus Dominus MAVRITIVS**  
**GVILIELMVS**, Dux Saxonie,  
Iulii, Cliuiiae, Montium, Angriae et West-  
phaliae, Episcopatus Martisburgensis po-  
stulatus Administrator, Landgrauius  
Thuringiae, Marchio Misniae et utrius-  
que Lusatiae, Comes Principali Dignita-  
tis Hennebergicus, Comes Marcae, Ra-  
uensbergae et Barby, Dynasta in Raven-  
stein etc. Cancellarius Academiae huius-  
perpetuus, Dominus meus Clementissimus  
Procancellarii munus gratosissime mihi de-  
mandauerit, annexa subdelegandi Licentia,  
Viro

Viro Prae - Nobilissimo Consultissimo et  
Excellentissimo Dno. Doct. Ioh. Christiano  
Koenigio, Facultatis nostrae Assessori, Subse-  
niori grauissimo, Collegae longe honora-  
tissimo potestatem tribuo, *Nobilissimo et*  
*Clarissimo GOTTLOB AVGUSTO IENICHEN* post peractam  
disputationem conferendi dignitates et  
privilegia Licentiatu et Doctoris in utro-  
que Iure quae huic dignitati compete-  
re possunt, prout hactenus in Doctoralibus  
Promotionibus extra Facultatem receptum  
est. Et ut maiore splendore hic actus pera-  
gatur, Rectorem Academiae Magnificum,  
Illustrissimos Comites, utriusque Reipubli-  
cae Proceres, nec non Generosissimos et  
Nobilissimos studiosos, ea, qua decet submis-  
sione et humanitiae inuitio, ut dicto die d. 8.  
Jun. hor. XI. in Petrino Collegio praesentia  
sua grauissima hunc actum condecorare ve-  
lint; red hostimenti loco omnia quae desi-  
derari possunt et submissionis et humanita-  
tis officia promitto. Dominica Fe-  
sto Trinitatis A. O. R.  
M DCC XXX.

---

LIPSIAE  
LITERIS IO. CHRISTIANI LANGENHEMI.